

De numeratione parallaxis Solis & Lunæ. Cap. xxv.

Modum quoque numerandi parallaxes Solis & Lunę per Canonem breuiter exponemus. Siquidem per distantiam à uertice Solis uel Lunę duplicatam, capiemus in tabula parallaxes occurrentes. Solis quę simpliciter, Lunę uero in quatuor suis limitibus, & cum motu Lunę, siue eius à Sole distantia duplicata, scrupula proportionum priora, quibus cū accipiemus utriusque excessus primi & ultimi terminū partes proportionales ad LX. quas à proxima sequente cōmutatiōe semper auferemus, ac posteriores ei quę in penultimo limite semper adiiciemus, & habebimus binas Lunę parallaxes rectificatas in apogæo & perigæo, quas epicyclus minor auget uel minuit. Deinde cū anomalia lunari capiemus ultima scrup. proportionū, quibus è differētia parallaxiū pxime inuentarū sumemus etiā partem proportionalē, quam semper addemus parallaxi examinatę priori, quę in apogæo, & prodibit paralaxis Lunę quę sita, p loco & tēpore, ut in exemplo. Sint distātię à uerticę Lunę ptes LIII. medius Lunę motus part. xv. anomalie æqtę partes c. Volo ex his inuenire per Canonē parallaxim lunarē, duplico distātię partes, fiūt c viii. qbus in Canone respōdent excessus inter primū & secūdū limitē, scrup. primū unū, secūda XLVIII. parallaxis secūdi termini scrup. prima XLII. secūda L. parallaxis tertij limitis scrup. L. secūda XLIX. Excessus tertij & qrti scrup. prima II. secūda XLVI. quę singillatim notabo. Motus Lunę duplicatus efficit ptes xxx. cū ipso inuenio scrup. proportionū priora quinq; qbus accipio partē pportionalē ad LX. suntque à primo excessu scrup. secūda IX. hęc aufero scrup. XLII. secūdis L. cōmutationis, remanēt scrup. prima XLII. secūda XLI. Similit̄ à secūdo excessu q erat scrup. II. secūd. XLVI pars proportionalis est scrup. secund. XIII. quę appono scrup. primis L. secūdis XLIX. secūdę cōmutatiōis, fiūt scrup. prima LI. secūda XIII. Harū uero parallaxiū differētia est scrup. VIIII. secūda XXXII. Post hęc cū ptribus anomalie æqtę capio extrema scrup. proportionū, quę sunt XXXIII. & p has accipio differentiā scrup. VIII. XXXI. pte pportionalē, & est scrup. IIII. secūda L.

I iij quam